Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36485
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



nisi forte hoc tu iam didicisti. In libro sapientie quam scriptum est.
Si enim tantum potuerit ualere ut possent estimare secundum quorum eorum
dominum non facile inuenierit. an quia hoc unum nos est. idcirco in altius
nobis est. Interior enim est animae nostrae natura quam corporis. quasi
ut corporis ipsum in facile nosse potuit anima extrinsecus per oculos
ipsius corporis. quam intrinsecus per se ipsam. Quid enim est in
intestinis corporis ubi non est ipsa. et tamen alia quaeque intima
atque uitalia oculis corporis inquisiuit. et quicquid et eis di
scerni potuit. per oculos corporis didicit. Et certe ibi erat.
et illa quando illa nesciebat. Et cum uiscera intrinseca mea
non possint sine anima uiuere facile ea potuit anima
uiuificare quam nosse. An forte ad eius cognitionem altius illa
est corporis eius quam ipsa. et idcirco si uelit inquirere atque disse
rere quando sem hominis cuertatur in sanguinem. quando
in solidam carnem. quando ossa durari. quando incipiant
medullari. quot sunt genera uenarum atque neruorum quib;
discurrib; et anfractib; uniuersum corpus illi irrigent. illi
alligent. utrum in neruis deputanda sint cuius. utrum in
ossib; dentes distant cum quid medulla carent. et quid ab
utri sq; differant ungues. quo bis durtia similes sunt
pedi aut et crescere comune illis cum capillis. quas nam sint
usus uenarum non sanguinis s; aeris. quas arterias uo
cant. Hec autem atque huiusmodi de natura corporis sui si anima
nosse desiderat. tunc ne dicendum est hominem altiora te
ne quesiuisse et fortiora te ne seruatum fuisse. Si autem de
sua origine quid nescit inquirat. non est altius neque for
tius quam ut id possit apprehendere. et absurdum existimas
atque incongruum rationem. ut nesciat anima utrum noua di
uinitus insufflata sit. an de parentib; tracta. cum hoc iam
preteritum non meminerit. et inter illa deputet que
inuocabiliter sic infamia et cetera retentis ab